
HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY

Jahresbericht

über das

Königl. Joachimsthalsche Gymnasium,

womit zu der

am 4. April stattfindenden öffentlichen Prüfung

ergebenst einladet

Dr. C. Schaper,
Direktor.


Inhalt:

BERLIN.

Druck von J. Drägers Buchdruckerei (C. Feicht).

1884.

1884. Progr. No. 52.


HARVARD COLLEGE
AUG 19 1910
LIBRARY.

De aliquot Diodori Siculi libris manu scriptis.

A magistratibus potestate benigne et liberaliter data contigit ut per annum versarer in Graecorum et quos Romani incolebant finibus, quas regiones adeundi cepit me puerum, virum tenuit desiderium. Ac dum Italiam peragro, laborem et operam ad cognoscendos libros Diodori Siculi manu scriptos impendi, ut id quod nemo ni fallor ad hoc tempus sibi proposuit, quo cognationis vinculo coniuncti essent inter se codices Diodorei accurate exquirerem. Sed temporis angustiis ne ea qua decuit diligentia quaque aliter facile fieri potuit libros tractarem exclusus sum. Qua re quamquam quod peto nondum consecutus sum, praesertim cum libris Parisinis non inspectis studia essent impedita, tamen nonnulla iam collegisse mihi videor, quae aliquid momenti ad quaestionem solvendam afferant, neque ut vereor ne magis incohatam relinquam cognitionem atque inconditam quam ad finem quendam perductam, ita quae observavi meo periculo in medium proferre dubito. Satis autem habeo de priorum quinque librorum codicibus disserere.

Atque primum editiones bibliothecae historicae brevi in conspectu ponantur. Quod autem in multos Graecos cecidit scriptores, id etiam Diodoro accidit, ut in linguam Latinam conversus prius quam Graece typis exscriberetur. Poggianae interpretationis princeps eaque perrara editio est Bononiensis anni MCCCCLXXII, quam Dindorfius sese non adspexisse professus est. Neque tamen ita difficile est eam in manus sumere; exstat enim eius exemplar Florentiae in bibliotheca quae vocatur nationali C. 2. no. 34; alterum reperitur in regia bibliotheca Berolinensi. Alias omitto editiones, quibus libri Diodori in Latinum translati continentur. Graece bibliotheca tota quae quidem supersit non ita saepe foras edita est, postquam Vincentii Opsopoei opera et studio libri quinque ex his qui aetatem tulerunt postremi ab sexto decimo usque ad vicesimum emissi sunt Basileae a. MDXXXIX 4°. Omnes qui exstant edidit Genevae a. MDLIX fol. viginti annis post Opsopoeum Henricus Stephanus qua erat doctrina singulari

et industria. Qui quibus usus fuerit codicibus uberius non disputavit neque quamquam varia lectio margini est adiecta, ullius tamen codicis notam apposuit. Eum autem duos libros Claromontanos manu scriptos potissimum spectasse non neglectis aliis inque his fortasse Fuggeri codicibus Wesselingius auctor est praef. p. III. Succedunt apud Stephanum libro vicesimo excerptae e posterioribus libris historiae, quas in volumine quodam Romano cum aliis collectaneis invenerat; plura autem excerpta, in quae inciderat, cum non in promptu haberet, coactus est praetermittere.

2°. Stephanianam excepit editio Laurentii Rhodomanni Hanoviae a. MDCIV fol., qui Graecis verbis addidit Diodorum denuo in Latinum conversum abiectis superioribus interpretationibus, quippe quae minus ad verbum essent redditae. Exemplum Graecum Rhodomanni omnino Stephani est; neque quicquam novi praesidii a codicibus mss. petitum accessit; margini eadem quam editio Stephaniana suppeditabat lectionis varietas inscripta est.

3°. Satis longo intervallo ad fidem librorum mss. Diodori bibliothecam recensuit Petrus Wesselingius Amstelodami a. MDCCXLVI 2 voll. fol.; is primus praefatione editionis apparatum criticum exhibuit. Codices, qui quidem singuli tantum colliguntur, non describuntur, largius quam antea a Stephano adhibiti videntur; maxime autem in usum venerunt quaecumque a Francisco Camusato congesta erant, qui et ipse cum novam bibliothecae editionem instruere in animo haberet, exemplo suo discrepantia scripta accurate subiecerat. Omnino decem et septem numero codicum ratio habita est; cfr. Fabricium in bibl. gr. III, 31.

4°. Secuta est editio Bipontina a. MDCCXCIII sqq. 11 voll. 8°. Cui non tam nova adminicula critica expetita sunt quam id actum est, ut bibliothecae corpus in plura parva volumina divisum ad studiorum usum commodius fieret et exigua impensa parabile; itaque libri prorsus e Wesselingii recensione editi sunt et repetita quaecumque Wesselingii exemplum comprehendit ad scripturam diversorum codicum inter se comparandam; v. vol. I praef. pag. CLXIX. Sed suscepto opere procedente ad veram Diodori manum inquirendam feliciter evenit ut lectio discrepans duorum quoque codicum Vindobonensium in usum societatis Bipontinae traderetur; v. praef. quae est praemissa volumini IV; neque tamen qui ediderunt consilium ceperunt Diodori orationem Wesselingii iudicio ac censura constitutam ad codicum fidem exigere atque etiam iis locis, quibus codicum auctoritas suadere debuit, mutare destiterunt. Quo factum est ut quaecumque variabantur adnotationibus insererentur aut ultimo tomo adicerentur.

5°. Eodem fere tempore ac Bipontina in publicum prodiit editio Lemgovien-

sis a. MDCCLXXXXV. Wachlerus, qui ex editione Amstelodamensi exemplum Diodori castigatissimum exhibere studuit, promissis parum stetit.

6°. Novam adornare in animo erat Fr. Aug. Wolfio, qui tamen aliis occupationibus distentus consilium deposuit et Eichstaedtium ut opus inceptum absolveret adduxit. Is duo volumina in lucem emisit Halis a. MDCCC et MDCCCII 8°, quae fragmentis exceptis libros usque ad libr. XIV complectuntur. Ob publicas calamitates cum nova instrumenta critica adhiberi non possent nisi impetrata lectionum ex Augustano et Monachiensibus codicibus varietas, id potissimum molitus est Eichstaedtius, ut et quae Wesselingius reliquisset vitia interpunctionis, accentuum, pronominum etc. corrigeret et quae reddiderat Rhodomannus Latina politius limaret. Commentarius nunquam quod sciam confectus est.

7°. Ludovicus Dindorfius — ut non dicam de editione Tauchnitiana Lips. h. saec. a. XXII — quater Diodorum in lucem emisit. Cuius in editiones quae priores editores collegerant paene cuncta confluxerunt; neque tamen ita valde in libros mss. inquisivit. Prodierunt autem editiones huius saeculi a. XXVI Lipsiae 4 voll.; a. XXVIII sq. 5 voll. 8°. Lipsiae — quam si affero locos semper dico editionem —; a. XLII sq. Parisiis 2 voll. 8° (quae denuo typis exscripta est a. LV); a. LXVII sq. Lipsiae 5 voll. 8°; v. Bursiani hist. class. philologiae p. 867.

8°. Aliter ac Dindorfius Immanuelis Bekkerus id sibi proposuit, ut codicum comparatione habita scriptores foras daret; attamen sicuti res ipsa cogit, factum est ut novis codicibus mss. non evolutis aliquot scriptores recognosceret emendaretque. Quo in numero est Diodorus, quem emisit Lipsiae h. s. anno LIII sq. 4 voll. 8°. Praefationis vicem supplet index locorum praeter codices emendatorum; quem codicem in primis secutus sit pro sua consuetudine Bekkerus indicare supersedit; at quali studio doctrinae et ingenii acumine fuerit in multis elucet. Quae cum ita sint — nam excerpta Constantiniana cum ad quinque libros priores non spectent, hic missa facio — sunt tres editiones totae ope librorum m. ss. recensitae: a Stephano, Wesselingio, Bekkero. Stephanus atque Bekkerus librorum, quibus usi sunt ad exhibendam Diodori bibliothecam, rationem non reddiderunt. Unus Wesselingius hoc fecit; atque etiam varia lectio editionum Dindorfianarum potissimum nititur in editione Wesselingiana; sed confiteri debemus eam, quamvis doctrinae opibus ornatissima sit et externo habitu splendidissima, tamen librariorum mendis esse admodum inquinatam. Quae ut tollerent editores Bipontini aliique contenderunt; atque concedendum est quae insunt in contextu ipso orationis errata perspici posse emendarique; sed quid facultatis datum est, ut possit intellegi utrum sint vitiosa et manca an integra veraque discrepantis scripturae specimina? Cum conferrem librum Dindorfianum cum ipsis codi-

cibus, permulti quibus obnoxius est V. D. occurrerunt errores, etsi diligentia eius satis spectata est. Accedit id quod maioris momenti est, ut Wesselingius ea mente varias ac diversas lectiones excusserit, ut orationem contextam efficeret apertam ad intellegendum; id non operam navavit, ut singulorum codicum scripturam enumeraret, sed in adscribendis acquievit quae plurimum differrent vocabulis cuiuslibet codicis nota apposita. Itaque accidit ut adhuc nesciamus quae ratio inter codices intercedat. Id superioribus temporibus omnino non inquisitum est atque etiam Bekkerus, ut calluit Graecum sermonem, modo huius modo illius codicis verba ad arbitrium suum libidinemque in textum adscivit. Nostris autem temporibus si quis vult recensere librum, via et ratione in genera certa codices ei distinguendi sunt et stemma quod vocatur codicum eruendum; quorum quod genus proxime accedere videatur ad archetypum, id typis exscribitur.

Stemma codicum bibliothecae ad cognoscendum variae lectiones adhuc excerptae non satis idoneam ansam dant; namque alias cum sint mancae, deserunt, interdum confusae nos erroribus implicant; quapropter ad codices ipsos revertendum est. Quamquam spes est fere prorsus exstincta reperiendorum librorum, qui adhuc inexplorati vel integri relicti sint. Ex iis autem qui iam tractati sunt, quamquam facile fieri potest ut novae lectiones quae magni pretii sint paucae fluant, tamen ut diiudicetur quid valeant singuli codices ad genuinam orationem Diodori restituendam quisque eorum sit praestantissimus, revolvendi sunt et relegendi.

Libri, qui universi Diodori operis superstitem partem totam comprehendant, exstare videntur nulli. Decem autem codices, quibus libri quinque priores aut integri aut ex parte continentur, qui quidem praesto fuerint editoribus, Dindorfius praefatione collegit, qui num ulli supersint his multo emendatiores suo iure dubitat. Stephanum in primis Claromontano utroque usum esse supra dictum est; eum praeterea secutum esse Parisinum signatum numero MDCLIX Wesselingius ad pagg. 68. 82 coniectura auguratus est. Claromontanus liber prior circiter finem duodecimi saeculi scriptus esse fertur; eidem fere tempori attribuuntur codices et Vaticanus CXXX, quem Wesselingius conferri iusserat, et Vindobonensis Suppl. gr. 74, quem omnium optimum et antiquissimum 'scilicet seculi octavi vel noni' editores Bipontini putaverunt; vid. vol. I. p. CLXVII. Hi tres sunt antiquissimi. Dindorfius codicem Vindobonensem, quem notavit littera D auctoribus Bipontinis, accuratius his verbis descripsit praef. p. III: 'Vindobonensis LXXIX libros I—V tenens olim Augustinianorum S. Ioannis de Carbonaria Neapolitanorum ab his Carolo VI Neapolis domino oblatus in bibliothecam Vindobonensem transiit. Est membranaceus foliorum formae quartae 297, saeculi undecimi visus Montefalconio Diar. Ital. p. 310 et Kollario Supplem. Lambecii p. 488.

Folia viginti duo priora supplevit manus saeculi, ut Kollarius iudicabat, tertii decimi, quo factum est ut periret libri primi summarium. Eadem secundi libri supplevit folia novem novissima tertiique centesimum vigesimum sextum cum sequentibus uno et viginti, quorum chartacea sunt 145. 146. Ducta esse supplementa ex ipsius archetypi laceris fortasse et marcescentibus foliis fidem facit non imminuta per omnia libri praestantia. Varietatis scripturae specimina pauca acceperat Wesselingius, integram dedit editio Bipontina, cuius in gratiam codicem cum ed. Wesselingii commiserat I. B. Bolla bibliothecae scriptor, functus hoc munere, ut videtur, non indiligenter, quamvis nec Wesselingianorum excerptorum in quibusdam dissensum illorum semper vitio imputaverim nec credam quod credi illius silentium iubet, sphalmata ed. Amstelodamensis nonnulla codici cum ea communia esse.' Haec Dindorfius. Iam vero exponam quae mihi ipsi videntur, cui contigit ut in ipsa Vindobona codicem inspicerem.

Ac primum quidem est referendum codicem desinere in *κατέσχεν*, quod verbum in ultimo capite libri quinti scriptum invenitur; v. pag. 399, 24. Desunt igitur aliquot versus, quos nonnulli codices servarunt, alii omiserunt. Itaque quaestio exsistit utrum re vera in Vindobonensi neglecti sint illi versus an iis quibus servati sunt codicibus additi. At luce clarius est librum D non plenum neque incolumem esse; accidit enim ut illud *κατέσχεν* in fine paginae, quae eosdem triginta versus habet ac ceterae, legatur; accedit quod post illud verbum unum punctum est scriptum, cum librarius sub finem totius libri cum duplex punctum apponere consuerit tum quasdam lineolas exornandi causa ducere. Hae desunt. Neque quamquam subsequitur *διόπερ* vocabulum, in contrariam partem afferri potest istud *ν ἐφελκυστικόν*, quippe quod saepe numero in hoc codice inveniatur antecedens litteris consonantibus. Porro pro certo sumendum est, qui tot folia litteris complevisset, eum summam oblectationem ex eo capturum fuisse, quod ipsa ultima vocabula describeret atque distingueret usitatis ornamentis. Adest etiam quae extrinsecus incidit causa, quae meam sententiam comprobet; nam quamvis pullus lacerque sit margo, medium ipsum folium quodam modo defensum tectumque fuisse facile ex eius munditia perspicitur. Qua re venit in opinionem aliquamdiu folium aliquod affixum fuisse, quod efficeret ne id quod nunc est ultimum laederetur; illo extremam disputationem comprehensam fuisse sine ulla dubitatione confirmaverim. Ita fit ut statuam codici D a principio nullum defectum in fine fuisse. Is defectus quando exortus sit quis est qui dicat? Olim, non nuper eum exstitisse satis ostendunt nomina ac signa, quae sub finem multa paeneque exesa scripta vidimus, exempli gratia: Antonii Scripandi ex Iani Parrhasii testamento, ac plane confirmatur eo, quod lacunae quae crebrae fuerunt in medio codice circiter saec. XIII expletae sunt; v. supra. Adde quod alio quoque modo de-

monstrari potest ultimum codicis folium excidisse. Codex nunc est conglutinatus et numeri sunt in summis foliis inscripti; numerantur autem folia ducenta nonaginta septem. Quorum priora quinque, quae sunt chartacea, ad librum ipsum non ita arte pertinent; nam alia vacua sunt, reliqua continent quosdam locos breves praecisosque et eos a diversis manibus ex Diodoro exscriptos. A folio 6 incipit charta pergamena codicis, quae intermittitur fol. 117. Quaecumque comprehenduntur usque ad fol. 22 a recentiore manu descripta sunt; qua eadem manu completa sunt folia, quae excipiunt folium 117, et chartacea et membranea; novem enim folia 118 usque ad fol. 126 sunt membranea, sex subsequentia 127 ad 132 chartacea; duo folia 133 et 134 membranacea; sex folia 135 ad 140 chartacea; duo proxima 141 et 142 membranea; chartacea sex folia 143 ad 148; id quod insequitur folium 149 est ex membrana factum. Tunc a folio 150 incipit iterum prior manus. Itaque quamvis mistae et alternae videantur pergamena chartaque, tamen ut opinor in hac vicissitudine ratio consiliumque inest. Membranea enim folia conexa et apta esse inter se perspicitur ex eo, quod pariter aequaliterque tractata sunt a scriba. Qui ut satis recte ac commode lineas duceret, foliorum marginem paribus intervallis perforavit, quamquam quae ubique facta sunt puncta iam non ita in conspectum veniunt, propterea quod qui conglutinavit librum circumcidens partem marginis resecuit. Neque id praetereundum nec relinquendum est, quod quae adiecta sunt folia eadem manu sunt inscripta. Quapropter quod separari non possunt, coicio hanc fere esse disponendi rationem.

Folia 118 usque ad 126 fiunt novem numero, ex quibus octo folia quaternionem efficiunt. Nonum folium 126 cohaeret, id quod oculis cerni potest, cum folio 133; inter ea sex folia chartacea interiecta sunt, ut aeque alius quaternio colligatur; item quaternio conficitur foliis 134 et 141 membranaceis interpositisque sex chartaceis et idem rursus cadit in octo folia 142 usque ad 149. Quae cum ita sint, scriba animum induxit, cum pergamena non sufficeret, — principio usus est sola pergamena, qua constant folia 6 usque ad 22, quae uno folio plus duos quaterniones efficiunt; quod superest folium ad tertium quaternionem referendum est — animum igitur induxit folia chartacea in medio collocare, ut interiecta chartacea membraneis conservarentur. Ut iam pergam in describendo codice, recentiore manu inserta sunt duo folia 224 et 227, quae conexa esse et cohaerentia primo oculorum obtutu apparet. Neque dubium est, cum semper quaterniones suppleti sint, quin totus codex principalis ex quaternionibus compositus fuerit, id quod planum facit evincitque oculorum iudicium. Quod si quaterniones computamus quinque primis foliis neglectis, quae supersunt folia 292 efficiunt triginta sex quaterniones; quattuor folia, quae reliqua sunt, efficiunt dimidium quaternionem. Si relinquitur, dicet fortasse quispiam, quaternio dimidius, merito ambigi posse videtur

num verum sit quod comprobari velis, nunc deesse codici D ultimum folium; probabile esset, si reliqua essent tria tantum modo folia. Sed re vera nulla nisi tria folia restant; numerus non convenit; neque enim codex ex foliis 297 constat, sed ex 296; qui numerorum ordine folia notavit per errorem lapsus numerum 262 praetermisit.

Hanc computationem veritate niti ex eo intellegitur, quod in pagina folii 294 aversa scriptus est numerus λς, in fronte folii 295 λζ; qui numeri ut ab eo, qui codicem ipsum conscripsit, appositi sint quamquam factum esse potest, tamen argumentis confirmari nequit, quoniam chirographum nullam comparationem habere cum textu per se patet. Ex causis, quae non in ipsis rebus narratis insunt, evidens fit codicem D sub finem mutilatum esse; atque hoc etiam animadvertendum est quosdam libros mss. ut Claromontanum saeculo XII adscriptum, quem Dindorfius nominavit F, ultimas comprehensiones servasse. Quapropter persuasum mihi est casu accidisse ut postremum folium codicis Vindobonensis periret. Quae opinio mihi confirmatur revocanti animum a rebus extraneis ad verba Diodori ipsa, qui finem prorsus alium imposuit ceteris libris bibliothecae; nulla clausula exstat similis illi enuntiato, quod desinit in *κατέσχεν*, id quod hic nihil attinet me accuratius exsequi. Ex iis propositis, ne nimius videar in tam perspicuis rebus, quid igitur efficitur cogiturque? Quoniam dandum est codicem D sine consilio atque industria exitum habere in verbum *κατέσχεν*, sed casu et fortuito, tantum abest ut alium codicem exstare praeter Vindobonensem credam, cui finis factus sit eodem illo verbo, ut eos codices, qui ita exeant, omnes ad unum ex uno libro D exscriptos esse censeam. Atque aliud testimonium, quo demonstratur eius modi codices (de quibus vide infra) fluxisse ex libro D, in promptu habemus; in hoc non reperitur argumentum libri primi (cfr. supra), in omnibus illis qui terminantur verbo *κατέσχεν* codicibus argumentum aut omnino deest aut singulare suppositum est. Sed diligentius ponderemus.

Tres praeter illum Vindobonensem D ab editoribus libri m. ss. qui extrema enuntiata non habent memorantur, Coislianus, qui est apud Dindorfium significatus A littera, Parisinus regius apud Dind. appellatus E, Vaticanus quidam ap. Dind. O. Ille vir doctus de eis his fere verbis exposuit: Coislianus CXLIX (A) praeter ll. I—V libros XI—XV complexus saeculi est iudice Montefalconio biblioth. Coisl. p. 213 quinti decimi, bombycinus, foliorum formae maximae 780. Parisinus regius (E) librorum I—V numeratus olim MMLXII, nunc MDCLIX catalogi vol. II. p. 383, chartaceus, saeculi sexti decimi, versibus in fine nonnullis mancus, summario etiam libri primi defectus. Tertius Vaticanus (O), cuius principium et finem Roma Wesselingius acceperat, non verbis definitus est. His tribus iam addo duos libros m. ss.; unus Vindobonensis est, quem Dindorfius signavit littera N, alter Venetus quidam ex libris

Bessarionis cardinalis in bibliotheca Marciana, cuius nullam ab editoribus mentionem factam esse video. Non dico eum nondum collatum esse; neque enim quisquam accepit quibus libris Stephanus aut Bekkerus usus sit. Est autem cod. CCCLXXIV in 8° chartaceus, foliorum 242, saeculi circiter XV; cfr. catalogum Zanettii; compositus est ex quaternionibus; undetriginta versus in quaque pagina scripti sunt.

Iam vero quod contendo hos quinque codices ex illo Vindobonensi D haustos esse argumentis certis evincendum est. Ac primo adspectu apparet codices AED saepissime esse coniunctos, quotiescunque discrepantes lectiones apud Dindorfium commemorantur. Agitur autem in primis de libro A, cum codices cum E tum O, cuius non ita amplum specimen Wesselingio subministratum erat, multum neglecti sint; neque quisquam intellegere nequit lectiones, quae in codice A inveniuntur, magnam similitudinem habere cum codice D, quamquam quod huius varietas lectionum integra non cognita est difficultatem quandam veri videndi cupido affert. Ita prorsus existimavit Dindorfius, qui verbis quibusdam in cod. D omissis haec adscripsit p. 37, 60: 'quae mirum si servet A'. Huic similem geminumque esse iudico illum codicem Venetum, quem liceat significare littera V[1]): cum in lectionibus tum in lacunis quantum fieri potest consentiunt. Nam librarius ut est homo et in errores incidere et quae vitiosa arbitratus sit potuit voluntate iudicioque corrigere. Nonnullis capitibus collatis affero aliquot locos eosque potissimum, quibus Dindorfius unum codicem A laudavit, eodem citandi modo quo Dindorfius usus est secutus edit. Wesselingianam, quae mihi prae manu non est. Persequor autem quae fors obtulerat capita, ne auctor videar adumbratae opinionis.

p. 33, 80 *συνοικίσαι*] om. AV.
34, 43 *φιλοτιμότερον*] *φιλοτιμώτερον* AV.
35, 69 *ἀνατολὴν*] *ἀνατολικὴν* AV.
36, 99 *τὴν*] om. AV.
36, 1 *τὰ περὶ*] om. AV.
36, 7 *Συρίᾳ*] om. ANV.
37, 47 *τὴν Λιβύην*] *τὴν* om. AV.
37, 50 *περιείληφε δὲ καὶ νήσους ἐν αὐτῷ κατὰ μὲν τὴν Αἰθιοπίαν ἄλλας τε πλείους καὶ μίαν εὐμεγέθη τὴν ὀνομαζομένην Μερόην, ἣ εἴκοσι καὶ δυοῖν σταδίων ἐστὶ τὸ πλάτος*] in ceteris addita om. ADEV.
37, 63 *μέρους*] om. AV.
38, 99 *εἶναι*] om. AV.

[1]) V dixit Dindorfius varietates, quas paucas ex libro incognito ab Fulvio Ursino ed. Stephanianae marginibus allitas Roma accepit Wesselingius; v. praef. V.

39, 27 *τῷ*] om. AV.

41, 2 *τῶν*] om. AV, servavit D.

41, 91. 92 *τόν τε κροκόδειλον καὶ τὸν καλούμενον ἵππον*] om. AV, serv. D.

41, 98 *γὰρ*] om. ADV.

42, 22 *οὔτε κατεσθίων*] *οὐ κατ.* AV.

42, 23 *διατελεῖ*] *διατελούμενος* ABV. (B est codex Mutinensis, de quo vid. infra.)

42, 27 *μείζους*] *μείζονας* AV.

42, 31 *ἰσχυρότατον*] *ἰσχυρότερον* ABV.

42, 32 *διατρίβει*] *ποιεῖ* ABDV.

42, 53 *τῆς ἰσημερίας*] om. AV, serv. D.

43, 67 *βεβρεγμένης*] *ἐβρεγμένης* ABV, *βρεγμένης* D.

44, 14. 15 *ἐπικεχειρήκασι πολλοὶ τῶν τε φιλοσόφων καὶ τῶν ἱστορικῶν*] om. AV, serv. D.

His adiungo aliquos locos ex mediis libris electos, quippe qui ut mea fert opinio ad id demonstrandum quod volo magni momenti sint.

64, 21. 22 *μέχρι τῆς Ἰνδικῆς· αὐτὸς δὲ μετὰ τῆς δυνάμεως πεζῇ τὴν πορείαν ποιησάμενος κατεστρέψατο*] om. AV, serv. D.

175, 48. 49 *ἐπήλυδος πεῖραν λαβόντας· ἐξ αἰῶνος γὰρ ἐν ἐλευθερίᾳ*] om. AV, serv. D.

205, 86 sqq. *ἀπὸ δὲ Πανόρμου λιμένος πρὸς τὴν ἀντιπέραν ἤπειρον μακρᾶς νεὼς διωγμὸν ἡμερήσιον· τὸ δὲ μέγιστόν ἐστι διάστημα κατὰ τὸ Τύρκαιον ὄρος καὶ Μακαρίαν νῆσον πελαγίαν, ὡς ἂν τῶν ἠπείρων οὐχ ὁρωμένων ἀπ' ἀλλήλων*] om. ADV.

217, 26 *οὔτε πνέουσιν*] om. ADV.

288, 43 sqq. *Ἀρτέμιδι ταυροπόλῳ τοὺς καταπλέοντας ξένους παρ' οἷς φασι τὴν Ἰφιγένειαν ἐν τοῖς ὕστερον χρόνοις ἱέρειαν τῆς εἰρημένης θεοῦ κατασταθεῖσαν θύειν*] om. ADV.

332, 78 *δοκεῖ δ' ἐν μέσῳ κεῖσθαι τῆς ὅλου νήσου*] om. AV, serv. D.

Quae discrepant inter libros A et V sunt exigua menda scripturae aut praetermissiones quaedam aut leves correctiones grammaticae.

Exempli causa profero haec:

41, 98 *παμπολιδωτόν* A — *παμφολιδωτόν* DEV.

4, 35 *περιηγεμένην* A — *περιηγμένην* BV.

6, 22 *πραγματείας* A — *πράξεις* V; v. 6, 32, ubi *πραγματείας* ENV.

8, 88 *ἐκ πολλῶν χρόνου* A — *ἐκ π. χρόνων* V.

9, 14 *περιειληφέναι* A — *παρειληφέναι* DV etc.

Quam aperui sententiae de similitudine codicum A et V fidem addit ipsa codicis V species ac natura. Insunt enim in codice, qui intentissima cura compositus est,

quidam loci vacui; lacunae Diodori libri quinti non expletae, quod librarius parum clare scripta legere non potuit, sunt hae:

335, 30, quo loco in aliis codicibus scripta traduntur καὶ Ἐρικώδης, quod omiserunt et alii libri et cod. A, serv. D. N habet Ἐρυκώδης.

336, 79, ubi insunt in aliis ἀντεχόμενος ἐβασίλευσε τῆς παραλίας; vocabulum ἀντεχόμενος codex A omisisse fertur.

339, 6, ubi in EN inveniuntur ὡς ὀκτακοσίους, in D ὀκτακοσίους, quod A omisit.

Illud accedit, quod margini codicis V sunt signo trium punctorum ·.· a librario apposita quaecumque cum scriberet singulos versus praeteriit. Plura ibidem legimus correcta sub nota ℞, quae hic pono:

82, 81 ἱερεὺς] AV;	corr.	in	marg.	V γράψαι ἱερογραμμα- [τεὺς
124, 52 παλλακίδος] AV;	»	»	»	V παλλακῆς.
145, 68 ἡγεμονίας] εὐδαιμονίας AV;	»	»	»	AV ἡγεμονίας.
145, 74 Ἀσσυρίας ABDV;	»	»	»	V Ἀσίας.
148, 96 τρόπον] τρόπον V; A?	»	»	»	V τόπον.
165, 90 ἔχοντα] ἔχον ABV;	»	»	»	V ἔχοντα.
168, 72 παρὰ] ἐπὶ AV;	»	»	»	V παρά.
194, 95 φορᾶς] φορᾶς V, φθορᾶς A;	»	»	»	V φθορᾶς.
204, 67 τὸ Ἀτλαντικὸν πέλαγος] V; A?	»	»	»	V ἀντλατικόν.
285, 85 παράβολον] παράδοξον AV;	»	»	»	AV παράβολον.
285, 88 συγκάταινον] συγκάταιον V; A?	»	»	»	AV συγκατάθετον.
339, 11 γείσοις] γυψώμασι AV;	»	»	»	V γεισίοις.
367, 4 ἱερεῖα] ἱερεῖα V; A?	»	»	»	V ἔρια.
370, 42 τὸ πρῶτον] τὸ πρῶτον AE(N)V;	»	»	»	AV τῷ πρώτῳ.

Vides igitur quam mirum in modum et textus et marginis lectiones inter se consentiant; adde quod pariter scripta sunt nomina propria, velut 39, 22 Τανειτικόν ADV, 39, 32 Ψαμμητοίχου AV neque dubium esse potest quin proxima cognatione hi duo codices inter se coniuncti sint, quamquam quae ratio inter eos intercedat in incerto relinquendum est. Nam adhuc mihi non contigit, id quod moleste fero, ut codicem A in manum acciperem; attamen in eam sententiam adductus sum, ut putem librum Venetum praestare Coisliano. Ex aetate quidem cur ita sentiam nihil repeti potest, cum uterque saeculo quinto decimo conscriptus esse feratur, sed aliquid momenti videntur habere loci, quibus quae A omisit servavit V; ut exempla afferam,

3, 13 εἶδεν	serv.	V,	om.	A.	
37, 50 ὑποκάτω	»	»	»	»	
37, 56 περιοικουμένας	»	»	»	»	
148, 96 τὴν	»	»	»	»	etc.

Quae cum ita sint, librum V ex codice A descriptum esse probabile non est; neque vero exploratum est utrum hic liber, id quod valde mihi arrisit, ex illo desumptus sit an uterque manaverit ex alio.

Atque hoc loco ne illud quidem silentio praetereundum censeo, quod scriptum est in Coisliano argumentum libri primi, v. pag. 3 et 51, quod deest et in Veneto et in Vindobonensi; id autem esse suppositum, non exhaustum ex eodem libro, ex quo petita est ipsa narratio, facile est intellectu, quia est solitarium neque cum ceteris consentit. Praeterea cum respexeris librorum II—V argumenta in libris A et V inter se congruere, — si id unum quod nescio quo pacto factum est exceperis, quod reliqui omnes libri habent *τάδε ἔνεστιν ἐν τῇ δευτέρᾳ, τρίτῃ* etc. *τῶν Διοδώρου βίβλων*, cum in Coisliano insit *πίναξ τῆς δευτέρας, τρίτης* etc. *τῶν Δ. βίβλων* — confitendum est qui scripserit eum de suo illud addidisse. Itaque haec discrepantia vilis est neque eam curo. Atque etiam ut librorum totorum, ita ipsorum argumentorum lectio est eadem in codicibus A et V; cfr.

lib. II 112, 7 *Νίνου*] *τοῦ Νίνου* AV.

112, 11 *ἀπαγγελία*] om. ADV.

lib. III 173, 12 *πολλὰ παρ' αὐτοῖς ἱστορεῖται παντελῶς ἐξηλλαγμένα καὶ διὰ τὸ παράδοξον ἀπιστούμενα*] *πολλὰ παράδοξα ἀπιστούμενα* AV.

lib. IV 245, 26 *περὶ Ἀρισταίου καὶ Δάφνιδος καὶ Ἔρυκος ἔτι δὲ Ὠρίωνος*] om. AV.

lib. V 329, 7 *Γαύλου*] *Γλαύκου* ADV.

329, 10 *Βαλιαρίδας*] *Βαλαρίδας* AV; *Βαλιαρίδας* D.

329, 17 *νομίμοις*] *νόμοις* AV; *νομίμοις* D.

329, 29 *καὶ τῶν ὑπὸ Τενεδίων περὶ Τέννου μυθευομένων*] ABDV.

329, 30 *τῶν ἐλαττόνων καὶ τυχουσῶν οἰκισμοῦ ὑπὸ Μίνωος*] ABV sic; *καὶ τυχουσῶν* om. D.

Quamquam nimis confidere non expedit varietate lectionum, quae ex codice A palam facta est, tamen praestabiliorem esse codicem Venetum ex eo quoque colligi potest, quod fere iisdem locis articulum habet ac Vindobonensis D. In medium locos quosdam profero ex argumento libri quinti desumptos:

329, 5 *ἄλλων τῶν* VD; *ἄλλων* A.

329, 11 *νήσων τῶν*] *τῶν* om. VD; A?

329, 27 *τῆς*] om. VD; A?

329, 29 *τῆς*] om. VD; A?

329, 30 *περὶ Κυκλάδων*] *τῶν* adiec. VD; A?

Possum multa alia exempla congerere, sed nihil est cur colligam, quoniam quicquam pro certo affirmari nequit. Puto autem satis diligenter librum Venetum

2*

cum Coisliano contendendum esse, propterea quod editores compluriens Coisliani rationem duxerunt, Venetum quantum video neglexerunt. Ille autem vel maxime spectabatur ea de causa, quia etiam quos hic omisit libri XI—XV Diodori eo continentur. Omnino maius studium in altera bibliothecae parte collocatum est, quippe quae magis apta sit ad alliciendos legentium animos. Itaque factum est ut codex Coislianus par ceteris vel praestantior videretur etiam in quinque prioribus libris. Excipiunt textum Diodori in codice Veneto multa folia vacua, sed cum initio quoque nonnulla non inscripta exstent, veri simile non est codicem aliquem, qui etiam plura praeter illos quinque libros comprehendisset, exscripsisse librarium.

Iam vero ex eis quae allata sunt exemplis cognosci potest codices A et V ad similitudinem codicis D accedere. At codicem V propinquiorem esse codici A quam codici D facile est confirmare. Quae hic profero desumpta sunt ex primis capitibus quinti libri:

331, 39 *ἑξήκοντα*] *ἑξήκοντα* AV — *τεσσαράκοντα* DN.

332, 78 *δοκεῖ δ' ἐν μέσῳ κεῖσθαι τῆς ὅλης νήσου*] om. AV. — serv. DN.

332, 8 *φαγόντων*] *φυγόντων* ABV — *φαγόντων* D.

333, 18 *μετὰ τῆς ἁρπαγείσης δῦναι*] *τὴν ἁρπαγὴν εἰσδύναι* ABV — *τῆς ἁρπαγῆς εἰσδύναι* D.

333, 25 *τὴν Σικελίαν*] AV sic — *Σικελίαν* D.

334, 62 *καὶ*] om. AV — serv. D.

334, 68 *λέγουσι*] om. AV — serv. D.

334, 69 *Πλούτωνα*] *Πλούτων* ABV — *Πλούτωνα* D.

334, 81 *νόμους*] *νομὰς* AV — *νόμους* D.

336, 51 *καταστασιασθῆναι*] *καταναγκασθῆναι* AV — *καταστασιασθῆναι* D.

336, 80 *Φεραίμων*] *Φερήμων* ABV — *Φερέμων* D; sed cfr. 336, 75.

336, 80 *ἀντεχόμενος ἐβασίλευσε τῆς παραλίας*] om. V; — serv. D; codicem A omisisse dicitur vocabulum *ἀντεχόμενος*, sed coicio etiam *ἐβ. τ. παρ.* omissa esse.

Supersedeo exempla exemplis addere. Patet autem in codice D et scripturam iustiorem et multa inesse, quae non inveniuntur in libris A et V. Contra nihil occurrit, quod praetermissum in cod. D legatur in codd. A et V, nisi quod a librario correctum esse aut correctione deformatum videatur. Quae supra attuli verba 329, 30 *καὶ τυχουσῶν* suppositicia meo quidem iudicio sunt, cum notio sit eadem, quam lib. D expressit sic: *περὶ τῶν Κυκλάδων νήσων τῶν ἐλαττόνων οἰκισμοῦ ὑπὸ Μίνωος*; interposita autem sunt *καὶ τυχουσῶν* post *ἐλαττόνων*. De argumento libri I, quod adiectum est in cod. A, vide supra. Quod si verum est codicem D tanto exactiorem melioremque esse codicibus A et V, quanto aetate maior sit, id apte convenit cum mea sententia, qui asseverem ex D exscriptos esse libros simillimos et A et V. In eodem

genere posui bibliothecae Palatinae codicem Vindobonensem. N codd. mss. graec. hist. prof. n. 7 c. L. 93; vid. Kollarii Supplem. cod. LXXVI (81); est autem, ut utar Dindorfii verbis praef. p. V, 'chartaceus foliorum formae maximae 83. Initio saeculi sexti decimi secundum Kollarium p. 496 exaratus tenet librum quintum cum primi principio. In usum ed. Bipontinae comparavit Carolus Weigelius med. D.' Liber primus desinit fol. 24 in haec verba: *διὸ καὶ τοὺς ἀρχαίους βασιλεῖς ἱστοροῦσι κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἔργα μεγάλα καὶ θαυμαστὰ* et in ima pagina adiecta sunt *διὰ τῆς*, quae reperiuntur pag. 36, 35. Liber quintus ab alio scriba in alia charta inscriptus est, qui quasi ut incuriam suam patefaceret, paginam aversam folii 69 vacuam reliquit. Lectiones autem plerumque cum codicibus quos dixi concordant; initium libri primi affero:

3, 3 *ἀνθρώπους*]	*ἀνθρώπων* ABENV;	*ἀνθρώπους* D.
3, 3 *τοῖς*]	*τοῖς μὲν* NV;	*τοῖς* D.
3, 6 *καὶ γὰρ ἐκ τούτου*]	sic ABENV;	*καὶ διὰ τοῦτο* D.
3,.12 *μεγάλων*]	*τῶν μεγάλων* NV;	*τῶν* om. D.
3, 15 *ἀποτευγμάτων*]	*ἀποταγμάτων* NV;	*ἀποτευγμάτων* D.
3, 16 *ἔχει*]	*ἔχειν* ABNV;	*ἔχει* D.
3, 23 *κυκλεῖ*]	*κυκλοῖ* DENV.	
4, 25 *οἵ τε*]	*οἵ τινες* BNV;	*οἵ τε* D.

4, 27 *χρηματιστήριον*] *πραγματιστήριον* ABENV; *χρηματιστήριον* D etc.

Neque quicquam ad rem faciunt menda scripturae, velut 4, 36 *ὑπάρχειν* pro *ὑπερέχειν*; 4, 44 *δέ γε* pro *δ' ἡγεμόνας*; 4, 57 *τι* pro *τῇ*; 4, 58 *τοῦτον* pro *τούτων*; 4, 61 *αἱ-μυθολογίαι* pro *ἡ-μυθολογία* etc. Neque abhorrent lectiones libri quinti a codicibus DVA; cfr.

330, 2 *ἱστορίαν*] BDVN, ubi alii *ἱστορίας* praebent.

330, 6 *διαμονὴν*] DN, alii *διακόσμησιν*.

330, 9 *κατὰ τὴν*] servarunt BDENV;

331, 44 *ἀνακαλύπτρα*] DNV; alii *ἀνακάλυπτρα*.

331, 57 *περὶ*] AV; *πρὸ* DN.

331, 58 *γῆς*] ABDNV, alii *γῆν*.

332, 78 *δοκεῖ δ' ἐν μέσῳ κεῖσθαι τῆς ὅλης νήσου*] om. AV, serv. DN.

332, 90 *περιέβαλε*] ABDNV, ceteri *περιεβάλετο*.

333, 21 *συγκροτοῦσι*] EN; *συντελοῦσι* D.

333, 22 *βυθίζουσιν*] ABDEV; *βουθίζουσιν* N; ceteri *συνθυάζουσιν* etc.

Is liber cum teneat quae praetermiserunt codices A et V, cum his commercium non habuit, sed ex codice D nescio quo modo manavit. Cuius vestigia quamvis multa videantur, tamen ad textum recensendum codex N est minimi pretii, quoniam

qui scripsit multa glossemata atque interpretamenta, neque tamen de suo admiscuit. Exempli causa praebet pro

330, 10 *χειρισμῷ*] *χειρισμῷ καὶ μεταχειρίσει.*

330, 14 *Τίμαιος*] *ἐπεὶ Τιμαῖος.*

331, 52 *ἀνήροτα*] *ἀνήρωτα καὶ ἀναροτρίαστα.*

331, 53 *πυροὶ*] *πυροὶ καὶ σῖτοι* (sic).

331, 54 *ἐριστάφυλον*] *ἐριστάφυλον καὶ ἀπὸ μεγάλων σταφύλων γινομένων.*

ibid. *ἀέξει*] *ἀέξει καὶ αὔξει.*

332, 80 *ἄλση*] *ἄλση καὶ καταφύτους τόπους.*

ibid. *ἕλη*] *ἕλη καὶ καθύγρους τόπους.*

334, 57 *θεὸν*] *θεὸν Δήμητραν.*

334, 82 *θεσμοφόρον*] *θεσμοφόρον ἤτοι δικαιοφόρον.*

335, 5 *ἀνιείσης*] *ἀνιείσης καὶ ἀναδιδούσης.*

339, 11 *γείσοις καὶ κονιάμασι*] *γείσσοις καὶ θεμελίοις καὶ κονιάμασι καὶ περὶ τὸ πρόσωπον καλοπισμασι* (sic).

Sed satis superque de hoc. Manus ipsa docet librum cursim confectum esse; quapropter glossae moleste illatae non operosae arti eiusdem librarii tribuendae sunt neque ab hoc a margine alius codicis in textum ipsum esse admotae videntur, sed totus codex N est mea quidem opinione ex alio in quo inerant libro interpretamenta descriptus. Instituit nescio quis scholia componere; quae quod nisi in hoc codice nusquam inveniuntur, ei auctoritatem quandam faciunt, quae tamen imminuitur, cum novissimam aetatem qua confectus est respexeris. Quantum libuit videtur mutasse ille grammaticus, vid. inscriptiones librorum; verum omnino in eo codice, ex quo haustus est Vindobonensis N, aliquas varias lectiones adnotatas fuisse putandum est; namque legimus in cod. N 330, 11 *διήμαρτον*, quod est quoque in cod. V, cum cod. D habeat *διήνεγκαν*.

Eodem saeculo sexto decimo confectus esse putatur liber Parisinus E, qui cum mihi nondum in conspectum datus sit, cautione opus est ne temere de eo existimem. Sed postquam circumspexi singulas lectiones, velut 112, 20, ubi in argumento libri secundi nomen *Βάκου* scriptum videmus in codd. C (est Vaticanus quidam, de quo vid. infra) DEV et ut Dindorfius profitetur fortasse in AB, cum in oratione ipsa Arbacis nomen recte positum sit, coniectura augurari licet librum E in eadem classe esse numerandum atque ABDV, id quod supra statui. In eandem sententiam adducitur, si quis incurrit in verba 15, 41, ubi editores in orationem contextam adsumpserunt *ὑφίστανται*, cum habeant codd. BD *ὑφίστανται ἄν τις προβάλλονται*, AEV *ἐπιστάτας προβάλλονται*, N *ἐπιστάτας προσβάλλονται*, aut in verba 39, 26, ubi editiones e cod. D *κατεπείγει γράφειν* praebent, libri EV *δεῖ κατεπιγράφειν*, B *κατεπιγράφειν*, A *δεῖ κατεπείγει γράφειν* Protuli quae fortuito offensa sunt. Nam variae lectio-

nes parum plenae sunt nec ratione stabili firmaque congestae. Quarum priusquam contentio facta est, etsi quaestio ad exitum adduci non potest, tamen nunc aliter rem administrare prohibitus sum. Ita collegi varias lectiones, quas comprehendunt paginae quadraginta a pag. 3 usque ad pag. 42; sunt autem circiter triginta sex capita primi libri. In his Dindorfius codicem E nisi forte perperam computavi centies quadragies quinquies citavit atque centies tricies septies equidem ex codice V eandem lectionem excerpsi. Quae in' his dissentiunt inter libros V et E haec sunt:

9, 41 *προχειμέναις*] *προςχειμέναις* E, *προχειμέναις* V.

13, 77 *ζωογονηθέντα*] *ζωογαφέντα* E, *ζωογονηθέντα* V.

20, 20 *νευρίνην*] *νευρινὴν* ADEN, *νευρίνην* V.

22, 99 *στρατείαν*] *στρατίαν* E, *στρατιάν* DV; cfr. 23, 50, ubi pro *στρατείας* inest in DEV *στρατιᾶς*.

28, 9 *ἐμπεπλῆσθαι*] *ἐμπεπληρῶσθαι* E, *ἐμπεπλῆσθαι* DV.

31, 16 *τυπτομένους*] *τυπουμένους* E margoque A, *τυπωμένους* ANV, *τυπτομένους* D.

33, 82 *μέσον*] *μέσων* ABE, *μέσον* DV.

11, 4. 5 *γινόμενα*] *γενόμενα* ABE; ignoro utrum *ι* littera an *ε* scripta sit in V.

Eius generis differentiam quam levissimam esse nemo non concedet. Quod si codices E et V paene iidem sunt, factum esse potest ut codex E, qui viris doctis testibus aetate posterior est, ex Veneto transcriptus sit, quod non ita valde necesse est; accidisse quoque potest ut uterque ex uno eodemque codice manaverit. Id exquirenti nihil respondet nisi codices ipsi inspecti. Num cod. E a pluribus compositus sit quis satis pro certo scit? Utut est, perspicuum est constatque codicem E ex iis libris esse, qui cum libro D propinquitate atque natura coniuncti sint. Illis centum quadraginta quinque locis mentio facta est codicis D octogies sexies, qui numerus sine dubio crescet, cum codex D plene et perfecte collatus erit. Ac quoties cod. D, toties circiter memorati sunt libri AB (septuagies novies) N (octogies bis). Eandem autem similitudinem per omnes partes inter hos codices et Parisinum E intercedere contenderim comparatis ultimis libri Diodori quinti paginis a p. 386 usque ad p. 399. Quinquaginta septem locis citatur una cum Par. E Coisl. A quadragies quinquies, Vindob. N quadragies quater, Vindob. D tricies quinquies, Mutinensis B vicies quater. At opus est etiam atque etiam praedicare iis numeris adhuc nihil nisi similitudinem quandam singularem illorum librorum m. ss. illustrari; quo autem gradu cognationis sese attingant, id quod gravissimum est, quasi forte ac sine iudicio non definiri neque ad liquidum explorari potest.

Libet autem in ea computatione paulisper commorari. Praeter hos codices ABDENV prolati sunt ab editoribus illis locis Vaticanus C ut opinor vicies quinquies,

Claromontanus G, ut appellationibus Dindorfii utar, novies decies, Claromontanus F quinquies. Horum utriusque Claromontani scripturam, quam in primis Stephanus approbavit, apertum fit multum recedere a verbis codicum ABDENV. Quod si vero vir doctus orationem ex his libris conformavit, quas lectiones in margine posuit, quem Dindorfius Q littera significavit, omnes fere consentiunt cum codd. EV. At contra cum contextus ipse cum codice E concentum servet, quaecumque in margine scripta sunt consonant cum lectione codd. FGLM — M est Venetus quidam, L Laurentianus, de quibus infra disseram. Quocirca quod Wesselingius coniectavit Stephanum E Parisino usum esse pronius ad fidem fit. Collatis paginis 386—399 ubicumque margo Q citatus reperitur, quod octies factum est, cum cod. E congruit. Cogitatio igitur animum subit libros m. ss. in duos ordines distribuendos esse, quorum alterum efficiant in primis libri FGLM, alterum potissimum ABDENV. Codex B Mutinensis librorum I—V, id quod nomen subscriptum indicat, ab Michaele Apostolio post captam Constantinopolin confectus est. Eum Camusati in usum Muratorius comparavit. Cuius codicis varia scriptura quae quidem in lucem prolata sit habet, ut rem paucis absolvam, comparationem cum libro A; ex quo fit ut, etsi cod. B nondum conspexi, coiciam in eo et illos versus sub finem deesse et libri primi argumentum.

Alia vero sententia ferenda est de codice Vaticano O. Et is desinere traditur in verbum *κατέσχεν*. Aut id per neglegentiam dictum est aut liber O, qui quibus temporibus compositus sit ignoramus — est autem ex recentioribus manu scriptis — constat ex diversis partibus aut est secundum alium librum correctus. Parvulum enim specimen eius quod compertum habemus ab initio libri primi ad pag. 12, 15 usque pertinet; tum semel sub finem ad pag. 399, 24 memoratus est. Eius scriptura triginta septem locis allata congruit eximie cum codicibus FGLM; quamquam, ut res habet, in quanam familia ducendus sit codex O haud scio an oporteat totum iudicium cohiberi. Et iis rebus expositis quisquam dubitabit quin sint aliquot codices assimiles libro Vindobonensi eiusdemque generis exceptis et mendis quibusdam librariorum et commutationibus voluntate et iudicio factis? Iis omnibus Vindobonensis praestat, quod complures lectiones in illis omissas servavit, quae quidem principales ac genuinae videantur. Quid? quod ubi in codice D lacunae insunt, eaedem in illis inveniuntur, ut 205, 86; 217, 26; 288, 43—45. Quamquam concedimus unamquamque lectionem conferendam atque examinandam esse, ut plane confirmari possit id quod intendimus libros illos ex libro D descriptos esse; attamen ne extra modum prodeam, in his subsistam, praesertim cum tota collatio codicis D nondum perfecta absolutaque sit. Disceptari autem oportet, si fieri potest, utrum libri manaverint ex primo et integro codice an ex refecto; id quod difficile fit probatu, quia supplementa videntur scripta ex afflictis discissisque foliis eiusdem codicis, cui rei probabilitatem conciliat ratio, qua repleta folia

disposita sunt ac collocata. Hoc eo firmatur, quod suppletorum foliorum variatur numerus versuum, cum quae manu priore conscriptae sunt paginae triginta versus constanter contineant; numeravi versus 30. 30. 25. 25. 23. 30. 29 etc. Grammaticus enim, cui totidem folia inscribenda fuerunt, cum uteretur minutioribus litteris, in pagina tricenos versus non operam navavit ut conscriberet.

Neque dissimulaverim aliquam vim codici tribuendam esse, propterea quod ubique in margine argumenta breviter adnotata sunt. Quae in summa pagina inveniuntur paene concordant cum indice, qui primo excepto singulos libros praecedit. Itaque copia quaedam suppeditata nobis est eruendi quis index fuerit primi libri. Quae res tamen difficultatibus obstructa est; primum quod margini multa alia adscripta sunt, quae ut expungenda non facilem habeant cognitionem; deinde quia altera manus interdum destitit has notulas adspergere. Quae postea alii addiderint proclive est perspicere.

His causis allatis persuasum habeo librum D permultum valere ad orationem contextam recensendam. Vel Dindorfius in ea sententia est, ut ostenderit edit. min. praef. p. IV: 'atque codicum quidem .. primorum quinque librorum . . . etsi nullus est talis, qui ceterorum possit archetypum haberi, cum optimi saepe sint ex deterioribus supplendi et corrigendi, ut hi vicissim ex illis, tamen primorum quinque praestantissimus Vindobonensis n. 79 . . . accuratius quam antea feceram expressus multorum locorum novas suppeditavit emendationes.' Qui hunc librum conscripserit, eum non ita magnam habuisse scientiam linguae Graecae cum menda docent tum quod saepe numero duo vocabula in unum contracta reperiuntur; quamquam id aliqua ex parte ad fructum nostrum redundat. Vereor autem Vindobonensis respectu habito ut quam rationem scribendi Dindorfius secutus est per editionem minorem semper probari possit; atque etiam ordo verborum saepius invertendus est. Quod si quaerimus cur codicis D adhuc minus aequo ratio habita sit, casu accidisse cognoscimus. Neque Stephanus neque Wesselingius eius notitiam tenuerunt et auctoritate ac fide Stephani omnes qui ediderunt bibliothecam Diodori commoti sunt ut se ad codices Claromontanos F et G in primis accommodarent. Cum codex F, qui circiter saeculi duodecimi finem scriptus esse fertur, aetate Vindobonensem D adaequet, id potissimum agitur, utri priores partes deferendae sint, quoniam nisi hoc nodo expedito certa ratio Diodori edendi inveniri non potest.

Ad reliqua pergo. Vidi in bibliotheca Marciana codicem, quem Dindorfius littera M insignivit, Venetum Dominicanorum S. Ioannis et Paulli, manu Caesaris Strategi scriptum saeculo quinto decimo, cuius varietatem libr. I—V Wesselingio expedivit Blasius Caryophilus. Invenitur autem in codice supplementario class. VII cod.

VII (XC, 5). In tegumento libri fere soluto inscripta sunt haec: *πρῶτον τῷ ἐπιεικεῖ καὶ πεπαιδευμένῳ εὐπατρίδῃ κυρίῳ Ἱερωνύμῳ Ζήνῳ* non subscripta littera *ι*. Codex est membranaceus foliorum 188; quina folia quasi unum corpus efficiunt. Nulla littera nisi *π* vocabuli *περί* ineunte capite sexto libri primi rubro colore infecta est; rufa autem est subscriptio *Θεοῦ τὸ δῶρον. ἠδὲ Καίσαρος πόνος.* Ibidem cl. VII. cod. VIII (XC, 7) exstat codex quidam continens libros XI—XX, qui est ita subscriptus: *Χριστῷ τῷ ὄντι ἀρχὴν καὶ τέλος δόξα. Καῖσαρ στρατηγὸς Λακεδαιμόνιος ἐν Φλωρεντίᾳ ἐξέγραψεν.* Ambigi potest num manus eadem sit atque in priore codice, quod viri docti crediderunt sumentes hos duos codices ab eodem Caesare conscriptos esse. Illud vero aliqua est auctoritate, quod liber M consentit cum Clarom. F in iis, quae sunt et scripta et omissa. Velut praetermissa sunt haec:

16, 99 *τοῦτο μὲν γὰρ εὔηθες ὑπάρχειν*] om. FLM.

21, 57 *μάλιστα πάντες ἄνθρωποι τοῦ δὲ κιττοῦ τὴν εὕρεσιν ἀνατιθέασιν Ὀσίριδι καὶ καθιεροῦσιν αὐτὸν τούτῳ τῷ θεῷ*] om. GLM; F?

110, 25. 26 *τὴν φορὰν ποιεῖται· παραπλησίως δὲ καὶ τὸν Εὔδοξον ἀστρολογήσαντα παρ' αὐτοῖς*] om. FLM. Pro antecedentibus vocabulis *ἐναντίαν δὲ τοῖς* 110, 24 spatium est in codd. LM vacuum relictum.

110, 33 *κατὰ δὲ τὴν Ἔφεσον ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Θεοδώρου τὸ ἕτερον μέρος συντελεσθῆναι*] om. FM; serv. DL.

363, 30—32 *ἐν πότοις δὲ καὶ ῥᾳθυμίαις ἀνάνδροις βιοῦντες οὐκ ἀλόγως τὴν τῶν πατέρων δόξαν ἐν τοῖς πολέμοις ἀποβεβλήκασι*] om. FMJ (de Laurentiano J vid. paulo inferius).

Neque tamen potest exscriptus esse ex cod. F, quia quae servavit cod. M nonnulla omisit F. Exemplum afferam hoc: 356, 18—20 *ἐπιμιξίαν ταύτης ἔτυχον τῆς προσηγορίας, δυοῖν δ' ἐθνῶν ἀλκίμων μιχθέντων* om. F, serv. MD; cfr. 3, 11 *ἕκαστα* om. F, serv. MD; 3, 13 *ἴδεν* DM — *εἶδεν* FGJ; 15, 30 *φησιν* om. F, serv. M. Sed longius procedere nihil conducit, praesertim cum ignotum adhuc mihi sit quae necessitudo et coniunctio intercedat inter ea, quae multa adnotata sunt in margine codd. F et G, et orationem contextam ipsam. Satis igitur sit ostendisse codicem M et societatem habere cum libro F et rursus quodam modo conexum esse cum codice D. Ac si VV. DD. recte dixerunt Caesarem, qui nomen suum subscripserit codici M, eundem esse ac Caesarem Strategum, qui Florentiae libros XI — XX confecit, inde coniecturam licet capere codicem M quoque in illa urbe esse conscriptum. Quae coniectura ad fidem pronior fit eo, quod Venetus M cum Laurentiano L consentit et in textu et in rebus externis. Notabile enim est utrumque codicem argumentis librorum praeter summaria duorum primorum libri II capitum neglectis spatium ad illa excipienda vacuum reliquisse. Liber L, qui est plutei LXX cod. XVI, comprehendit libros V priores in-

tegros; est autem membranaceus in 4° minore saec. XV, nitidissimus optimeque servatus; constat foliis scriptis 167; vid. Bandinii catalogum codd. Graec. II, 676. Totus codex adhuc quod sciam non est collatus aut collatio non est in lucem emissa; Wesselingio exiguum specimen ab initio libri primi usque ad pag. 21, 56 subministratum erat; quod quidem comparaverim videntur et scriptura et dispositio verborum esse fere eaedem in L et M, id quod ex lectionibus vulgatis nullo negotio percipitur.

Florentiae in bibliotheca Laurentiana qui exstant librorum Diodori manu scriptorum veterrimus est plutei LXX codex I; cfr. Bandin. II, 654: Libri primi prioris partis plurima sunt ab exscriptore consulto praetermissa; etenim post verba *βεβαιοῦν ἐγχειρήσομεν*, quae sunt postrema capitis V, sequuntur in eadem linea *περὶ δὲ τῆς χώρας καὶ τοῦ Νείλου κ. λ.* [34, 53], quae incidunt sub finem cap. 29 his in margine ab eodem appositis: *ἅτινα ὡς μυθώδη ὑπάρχοντα κατελείφθησαν.* Sectio altera desinit in verbis *δι' ὧν παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἐθαυμάσθησαν* [107, 16], quae leguntur in cap. 96. Sequitur bibl. hist. lib. II cum praevio indice capitum quindecim. Liber III item cum tabula capitum quinque desinit in verbis *τῶν μυθολογουμένων παρ' Ἕλλησιν*, quae incidunt sub initium cap. 56. Hic quoque amanuensis suae omissionis rationem reddens, in margine notulam adscripserat quae cum in hoc codice abrasa postea sit, integra tamen superfuit in nono, cuius ex hoc lectio tota defluxit, et ita habet: *τὰ γοῦν λοιπὰ ὡς μυθώδη τε καὶ ληρώδη διὰ αὐτῶν πολυγραφίαν κατέλειψα.* Quartus liber totus est omissus. Liber quintus praevio item capitum XV elencho, cum habeat XVIII capp. edit. Wess., quam prae manibus habuit Bandinius, desinit in verbis *εὐεργεσίας διαπορευόμενοι*, quae leguntur paulo ante medium cap. 46. Interim notandum est Mediceorum codicum huius scriptoris opera continentium collationes ultro in se suscepisse Antonium Cocchium earumque luculentam et accuratam descriptionem Petro Wesselingio pro ipsius editione adornanda transmisisse, 'quarum tamen usura' (verba sunt Wesselingii in praefatione), 'quia spissum et bibliopolae damnosum videbatur negotium, frui non licuit.' Subdit tamen 'se animadvertisse in plerisque eas cum Claromontanis amice consentire.' Codex, qui continet Arriani de adscensu Alexandri ac praeterea Plutarchi de Alexandro libr. II, tum Diodori Siculi bibl. hist. libros IV et alia Anonymi, constat ex foliis scriptis 197; est bombycinus ms. in folio saec. XIV optime servatus.

Plutei LXX codex IX eadem prorsus continet ac primus huius plutei codex ultimo opere excepto, quod in hoc desideratur, propterea quod in illo posteriore tempore ac diversa manu est descriptum. Hoc autem exemplar ex illo derivatum esse patet ex titulis singulorum librorum, qui in utroque iidem omnino sunt, licet in hoc omnes coniunctim in prima exhibeantur pagina suis deinde locis spatio ad id vacuo relicto rubris vel aureis characteribus depingendi. Qua fortasse de causa huius co-

dicis recensionem omittendam duxit Gronovius, qui cum Arriani anabasin ederet, primum codicem in rem suam convertit. Diodori bibliothecae libri quattuor totidem nimirum quot in dicto codice I continentur, quibus propterea noveris eadem prorsus convenire, quae in illius recensione peculiariter prolata sunt. Hunc quoque codicem contulit Antonius Cocchius; in fine tachygraphus ipse ita se subscripsit: *ἡ βίβλος αὕτη εἴληφε τέλος μηνὶ μαΐῳ δεκάτῃ ἡμέρᾳ σαββάτῳ ἔτους ͵ϛϡζ′ ἰνδ. ἑβδόμης* (6907 = 1399 p. Chr. n.) *ὁ γραφεὺς ταύτης Ἀνδρέας θύτης λεαντηνὸς καὶ ταβουλλάριος ὁ ἁγιοπροκοπίτης· τῷ θεῷ χάρις τῷ λυτρώσαντί με. Ἀμήν.* Codex est membranaceus ms. in folio minore saeculi XIV exeuntis nitidissimus; constat foliis scriptis 203.

Codex XVIII incipit verbis *τῆς πρώτης τῶν Διοδώρου βίβλων διὰ τὸ μέγεθος κ. λ.* (cap. 42), desinit *παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἐθαυμάσθησαν.* Quare videmus exemplar hoc cum illo codicis I et IX huius plutei convenire itemque tres sequentes libros; deest enim integer quartus ut in memoratis etiam codicibus I et IX. Tabula tamen libro V praemissa pauciora continet capita, nimirum ex XVIII editis priora decem tantum modo. Codex est chartaceus ms. in 4° saeculi XV eleganter emendateque exaratus; constat foliis scriptis 131.

Codex XXXIV est et valde mutilus in principio, ubi perpauca ex Arriani historia scripta inveniuntur, et alii insunt hiatus. Liber I Diodori desinit *παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἐθαυμάσθησαν.* In prima parte huius libri desunt omnia illa, quae media sunt inter verba *ἐγχειρήσομεν* et *περὶ δὲ τῆς χώρας κ. λ.* ut in dicto codice I; in altera deinde alius defectus occurrit a verbis *ἱππεῖς δὲ δισμυρίους κ. λ.* [64, 3] usque ad verba *χάριν ἀποδιδόναι* [100, 26], ad quem supplendum sex folia vacua inserta sunt. Sequitur liber II praevio indice capitum XV ut in cod. I; tum liber III cum tabula capitum V, qui desinit imperfecte in verbis *ἔνιοι δὲ τῶν ἱστορικῶν*, quae leguntur in capite 55 huius libri [224, 87]; hinc propter magnam codicis iacturam inter pagg. 70 et 71 sequuntur initio huius paginae verba *περιστάσεις τὰς ἐχούσας δεινότητας κ. λ.* [362, 87], quae pertinent ad caput 39 libri V. Periit igitur in hoc hiatu magna pars libri III totusque IV et ex quinto superest tantum fragmentum incipiens a verbis relatis et desinens in verbis *εὐεργεσίας διαπορευόμενοι* [367, 35], quae sunt cap. 46; pro hoc defectu supplendo octo folia vacua sunt inserta. Codex est bombycinus ms. in 4 minore saeculi XV; constat foliis scriptis 73 et clauditur hoc epigrammate:

ἱστορίη Ἀριανοῖο χαρίεσσα λάβε τέρμα
πραξίας διϊοῦσα Ἀλεξάνδροιο μεγίστας.
ὡς δὲ καὶ ἱστορικῆς ἀρχαιολογίας ὧδε
τυγχάνει πέρας, ἣν Σικελιώτης Διόδωρος
κάρτα πονήσατο φιλοτίμως παραίνεσιν βίῳ.

Sequitur ipsius amanuensis subscriptio, quae ita habet: *ἐτελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον μηνὶ Φεβρουαρίῳ ιβʹ ἰνδ. εʹ ἔτους ϛϡλεʹ χειρὶ γραφὲν Γεωργίου διακόνου τοῦ Χρυσοκόκκη ἀναλώμασι δὲ Χριστοφόρου Γαράθωνος ἐν Κωνσταντινουπόλει.* (6935 = 1427 p. Chr.).

Haec fere Bandinius, quae mea facio nisi quod de subscriptione, quam ab amanuensi profectam esse V. D. perhibet, dubito. Atque fortasse in disceptationem vocari potest utrum cod. XXXIV ex cod. I, qui prior esse dicitur, fluxerit an uterque ex alio haustus sit; res non tanti est; opinor autem cod. XXXIV ex primo descriptum esse et tum quidem, cum illud *ἀμυντηρίοις* (vid. infra) iam erasum esset. Sed utut est, manifestum est utrumque esse ex eodem genere codicum, propterea quod a principio eadem comprehendebantur eaedemque erant praetermissiones. Tota autem haec quaestio profligata videtur et in rem non ita esse, quoniam codex XXXIV nimis detruncatus est. Sed ut is re vera descriptus sit ex primo codice, verisimile fit etiam codicem hunc primum confectum esse Constantinopoli; itaque in eorum librorum numero referendi sunt, quos principes Medicei in oriente emerunt. Interest autem aliquid cognoscere ubi compositi sint codices, quod cum exploratum erit qua affinitate iuncti singuli quasque in classes dispertiendi sint, facultas fortasse dabitur de patria archetypi coniecturae faciendae. Codicem nonum ex ipso primo manasse luce clarius est; neque quidquam mutatum est nisi vilissima errata, quae irrepsere in cod. I; veluti sunt correcta 56, 93 *ἑπτακέδεκα*; 60, 69 *ζόντων* 61, 71 *τελευτηκότων*; 64, 30 *Αἰπτίων* pro *Αἰγυπτίων*; 69, 17 *τῶν ὄχλον*; 76, 61 *ἐτύγχανων*; at scriptum est 80, 29 etiam in IX *ἐσχεδιάβασιν* pro *ἐσχεδιάκασιν*. Qui liber non assis esset, nisi servasset aliquot vocabula, quae nunc erasa sunt in cod. I, ut *ἀμυντηρίοις* 194, 29 et 222, 2. Cfr. supra de adnotatione, quae margini adiecta invenitur.

De codice XVIII, qui est nono recentior, ut paulo aliter statuamus necesse est; quem qui scripsit suo iudicio usus est. Nam ut taceam priorem partem primi libri totam praetermissam esse, nonnulla correcta vel certe mutata et suppleta videmus coniecturis non inscienter factis. Codicem hunc, ut ait Bandinius, ad Franciscum Philelphum pertinuisse gentilicium illius stemma in prima pagina affabre depictum, breves interdum notulae, rerum de quibus agitur summaria virorumque ac locorum nomina propria eius manu in marginibus rubro charactere exarata satis ostendunt. Codicis vero scriptura quandam videtur habere affinitatem cum celeberrimo codice I plut. XXXII Homeri batrachomyomachiam et Iliadem continenti manuque Theodori Gazae pro Fr. Philelpho conscripto, ut credibile admodum sit et huius illum codicis descriptionem in Maecenatis sui usum in se suscepisse. Quod comparatis manibus equidem vereor ut verum sit. Utcumque res est, qui confecit codicem XVIII plus intellexit scriba codicis IX neque ita se ad verba praescripta alligavit. Exempla propono haec:

56, 2 *δέκα σταδίων φασὶν*] *δὲ ἕκαστα δι' ὧν φασὶν* I et F; XVIII pro verbis *δὲ ἕκαστα* quippe quae sensu carerent spatium reliquit vacuum.

96, 73 sqq. *εἰς τοῦτον ἡ ψυχὴ αὐτοῦ μετέστη καὶ διὰ ταῦτα διατελεῖ μέχρι τοῦ νῦν ἀεὶ κατὰ τὰς ἀναδείξεις αὐτοῦ μεθισταμάνη πρὸς τοὺς μεταγενεστέρους· ἔνιοι δὲ λέγουσι τελευτήσαντος Ὀσίριδος*] om. I. IX. XVIII.

113, 25 *ἡμῖν* D] spatium vacuum est relictum in I et IX; XVIII uno tenore verba *ἡμῖν* omisso conscripsit, quia ea ad sententiam sufficere sibi persuasit.

122, 71 *εἴκοσι* ABD] *τριακοσίων* I et IX; in XVIII spatium relictum est, quippe cum numerus maior iusto videretur. Quod non expleta est lacuna, ex eo facile fit ad perspiciendum librarium alium codicem non in manus sumpsisse. *τριακόσια* F.

180, 91 *διαιρετά*] *διέρετα* I et IX; idem principio scriptum in XVIII eadem manu correctum est in *διαίρετα*.

184, 57 *πως*] lacuna ubique, in I. IX. XVIII. XXXIV.

197, 59 *ταύρῳ δὲ καὶ βοΐ*] pro verbis *κ. β.* spatium in I et IX; XVIII *καὶ τράγῳ* coniectura assecutus est.

211, 42 *ὑπὸ πάντων Ἀράβων περιττότερον*] *ὑ . . . . τερον* I. IX. XVIII.

214, 77 *δοκεῖν ἀπολαύειν*] hiatus in I. IX. XVIII.

353, 99 *καὶ πολυανθέσι διειλημμένους*] *μμένους* post spatium exiguum I. IX. XVIII.

354, 54 *τοῖς μελῳδοῦσι ποιηταῖς*] pro *μελ.* spatium in I, in IX signum .·.; XVIII om. etiam *ποιηταῖς*.

356, 8. 10 *παρακοίτοις . . . ἀφροντιστοῦντες τὴν*] lacuna in I. IX. XVIII.

357, 67 *Ἰβήρων*] lacuna in I et IX; *Κίμβρων* XVIII.

357, 68 *καλούμενοι Λυσιτανοί, φοροῦσι δ' ἐν τοῖς πολέμοις*] post spatiolum *πολέμοις* I et IX; *ἐν τοῖς πολέμοις* XVIII.

362, 82 *καὶ χιτὼν συνειλημμένος ζωστῆρι*] hiatus in I. IX. XVIII.

362, 83 *τινὲς*] lacuna in I et IX; *φέρουσί τινες* XVIII.

364, 94 *ἐκ τούτων τῶν τόπων*] *ἐκ τοῦ . .* I. IX. XVIII; XXXIV *ἐκ τούτων λαμβάνοντες ἕτεροι*.

366, 50 *ἱερεῖς, δι' ὧν ἅπαντα*] post spatium vacuum *πάντα* I. IX. XVIII.

Utrum cod. XVIII descriptus sit ex cod. I an ex cod. IX incertum est et difficile dictu, quod codd. I et IX in omnibus rebus simillimi sunt. Codex XVIII aeque ac cod. IX usui esse potest ad locos ambiguos codicis I recognoscendos neque tamen quicquam facit ad bibliothecam Diodori recensendam.

Maioris vero momenti est quanam in classe librorum manu scriptorum codex I numerandus sit; quem liceat J littera significare, quam litteram non solum elegi

quod Dindorfius non adhibuit, verum etiam quia figura numeri I scripti proxime accedit ad formam J litterae. Wesselingius autem nos docuit cod. J multum consentire cum Claromontanis, quorum antiquior est cod. F, verum tamen ex eo cod. J desumptum non esse patet, nisi forte falsum est quod traditur F omisisse 356, 18—20 verba haec: *ἐπιμιξίαν λέγονται ταύτης τυχεῖν τῆς προσηγορίας· δυοῖν δ' ἐθνῶν ἀλκίμων μιχθέντων*, quae servavit J (et M). Sed lacunas, quas in cod. J inesse modo demonstravi, aeque in codd. FM occurrere praedicandum videtur, velut 363, 30—32; cfr. 343, 42, ubi *τοῦ πλήθους* omiserunt FGJM; v. 340, 31; nec minus lectiones plurimas inter se convenire, ut

343, 69 *πολλὰ*] *καλὰ* FJ.

343, 83 *ὑπὸ*] *ἐπὶ* FJM.

344, 97 *πατρίδας*] *στρατείας* FJM.

344, 2 *μίσγονται*] *ἐμίσγονται* FG? *σμίσγονται* J; *σμίγονται* M.

346, 97 *παρωκεανῖτιν*] *παρ' ὠκεανόν ἐστι* FGJ.

346, 16 *Κάντιον*] *Κάτιον* FJ.

347, 56 *διαφυὰς*] *διαφυγὰς* F vel G et J.

347, 61. 66 *ἀμπώτεις*] *ἀναπώτεις* FGJ.

348, 6 *ἐλεγχομένων* ABD] *ἐλεγχομένοις* FGJ.

349, 38 *διήλθομεν*] *περιήλθομεν* FJ.

349, 44 *φιλίαν*] *φιλοστοργίαν* FGJ.

349, 61 *'Ροδανὸς*] *'Ηριδανὸς* FMJ.

ibid. *πηγὰς*] *γονὰς* FGJ etc.

At redeat oratio ad praetermissiones. Omisit J 348, 87 *ἐλαύνοντα*; 349, 39 *ἡ τοίνυν*; 351, 44 *καλλίσταις τῶν*; 356, 8. 10 v. supra; 358, 9 *τὴν*; 361, 43 *ἔτι δ' Ἴβηρας* etc; sed num cod. F in his cum cod. J quasi conspiret non constat. Unde quo vinculo cognationis libri F et J inter se apti sint tum demum colligi potest, cum quod adhuc nondum factum est cod. F accurate collatus fuerit. Addiderunt autem FGJ 341, 94 *τῶν αὐτῶν πολλῶν ἐκ τῶν θεσπιάδων* post *Θεσπιαδῶν*; 348, 11 *περὶ τούτων* post *προείρηται*; 349, 61 *'Ηριδανὸς πηγάς· τὰς μὲν γονὰς ἔχων* etc. Quapropter liber J a cod. F separari nullo modo potest. Neque tamen silentio praeterire debemus quasdam lectiones, quae insunt in cod. J, consentire mirum in modum cum cod. D, velut:

185, 18 *ἐπὶ τοὺς κόγχους ὡς εἴρηται τρέπονται, εἰ δὲ ἡ*] om. DJ, qui nihil habent nisi *ἡ δὲ κ. λ.*

190, 24 *καὶ καταφύτῳ*] *καὶ* om. ABDJ.

190, 39 *ὠκεανὸν*] *καιρὸν* ABDJ.

190, 46 *ῥαβδωτὰς*] *ῥάβδων θύρας πεποιηκότες. τὰς* ABDJ.

192, 5 *δὲ καὶ*] *καὶ* DJ.
192, 9 *λιμῷ*] *λημῷ* DJ.
192, 19 *ἀπὸ*] *ἐπὶ* CDJ.
193, 44 *σκοπὰς*] *τὰς σκοπὰς* D; *τὰς κοπὰς* J.
193, 56 *ἰγνύν*] *ἰγνύην* DJ XXXIV; *ἰγνῆην* F.
193, 71 *ὅταν δὲ τὸ ζῷον πέσῃ*] *πεσεῖν* DJ XXXIV.
194, 15 *πνοὰς*] *πνοῆς* ABDJ.
194, 18 *χειροπληθιαίους*] *πληθιαίους* AD; *πλινθιαίους* J.
194, 21 *ὀρύγων*] *ῥύγχων* ABDJ XXXIV.
195, 56 *ἄσηπτον καὶ*] om. ADJ.
195, 71 *ὀδαξᾶσθαι*] *ὀδάξασθαι* DJ etc.

Id quoque valet, quod vocabula in utroque codice pariter et scripta et collocata reperiuntur, ut 190, 24 *ἐστι πλῆθος* DJ; cfr. 187, 5 *χρῆσθαι ταῦτα* DJ etc.; 190, 44 *θαλάττης* DJ; cfr. 190, 49; 195, 63 *τετταράκοντα* ABDJ; 196, 73 *αἰεὶ* DJ; cfr. 189, 73; 183, 100. Quod si efficitur codicem J etiam cum codice D quodam modo conexum esse, consequens est eum medium quiddam tenere inter codd. D et F. Wesselingii quippe qui cod. D non cognosceret sententia de auctoritate codd. Claromontanorum repudiari nequit; sed tamen in magna diversitate libri D et F similitudinem quandam habent, velut 191, 61 *περιπλάσαντες* ABDFJ et *λίθους* BDFGJ, ubi in aliis scripta sunt *ἀναπλάσαντες* et *ὄχγους* — 193, 67 *ἐκ τῶν τραυμάτων* om. ACDFJ XXXIV — 193, 76 *θηρεύοντες . . περιγίνονται* ABDFJ pro *θηρεύουσι . . περιγινόμενοι* etc. Quae similes lectiones spem afferunt rationem quae intercedat inter D et F posse definiri. Quae definita promittere videtur fore ut possit disceptari, quae res est omnium summa, utrum unus archetypus, ex quo manaverint omnes qui nunc supersunt codices m. ss., statuendus sit an non.

Quam ad rem explanandam multum pertinet quamquam glossematis inquinatus codex Vaticanus CXXX (C ap. Dind.) saeculi duodecimi bombycinus, in quo insunt libri I—V, a Britanno quodam iussu Wesselingii collatus. Hi enim tres codices, ut interrumpatur iam haec disputatio, Vindobonensis D, Claromontanus F, Vaticanus C principatum obtinent, quibus concedere ceteros persuasissimum habeo. Qui libri ubi consentiunt, plerumque salva fide lectiones in orationem contextam Diodori adsciscere possumus; ubi dissentiunt, antequam diiudicámus quaenam praeferatur scriptura, caute est ponderandum qua cognatione attingant archetypum; quae quaestio in aliud tempus necesse est reservetur.

I. Lehrverfassung.

Übersicht der Unterrichtsgegenstände.

Unterrichtsgegenstände.	Wöchentliche Lehrstunden.													
	VI.	V.	IV a	IV b.	U III a.	U. III b.	O. III a.	O. III b.	U. II a.	U. II b.	O. II	U. I	O. I	Summa
Religion	3	2	2	2	2*	2	2	2	2	2	2	2	2	27
Deutsch	3	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	3	3	29
Lateinisch	9	9	9	9	9	9	9	9	8	8	8	8	8	112
Griechisch	—	—	—	—	7	7	7	7	7	7	7	6	6	61
Französisch	—	4	5	5	2	2	2	2	2	2	2	2	2	32
Geschichte und Geographie	3	3	4	4	3	3	3	3	3	3	3	3	3	41
Mathematik u. Rechnen	4	4	4	4	3	3	3	3	4	4	4	4	4	48
Naturbeschreibung	2	2	2	2	2	2	2	2	—	—	—	—	—	16
Physik	—	—	—	—	—	—	—	—	2	2	2	2	2	10
Hebräisch									2		2	2		6
Englisch									2			2		4
Italienisch												2		2
Juristische Propädeutik												2		2
Schreiben	2	2	2 (fac.)											6
Zeichnen	2	2	2	2	2 Freihandzeichnen (fac.) 4 Planzeichnen (fac.).									14
Singen	1. Gesangklasse 6 St. in 3 Abteil. Elementarklasse 6 St. in 3 Abteil.													12
Turnen	2	2	1	1	2				2		2			12
Schwimmen	8 St. für 7 Abteilungen													8
													zusammen . .	442

*) Die Abteilungen der IV, U.III, O.III und U.II sind Wechselcöten.

Schulnachrichten

von Ostern 1883 bis Ostern 1884.

Oberprima. Ordinarius Hr. Dir. Dr. Schaper.

Religion: 2 St. Hr. Scholz. Im Sommer: Römerbrief. Im Winter: Glaubens- und Sittenlehre. Repetitionen. — Deutsch: 3 St. Hr. Imelmann. Kleinere Abhandlungen von Schiller und Goethes Iphigenie. Mitteilungen aus der Geschichte der deutschen Dichtung. Besprechung Goethescher und Schillerscher Gedichte. Vorträge der Schüler. Acht Aufsätze. Philosophische Propädeutik nach Trendelenburgs Elementa. — Lateinisch: 8 St. Hr. Schaper. Tac. Germania. Quintilian inst. orat. X. Cicero de officiis, orator. Hor. carm. I. II. Satiren und Episteln nach Auswahl. Memorieren selbst gewählter Oden. Alle fünf Wochen ein Aufsatz. Wöchentliche Extemporalien oder Exercitien. Übungen im Lateinsprechen. — Griechisch: 6 St. Hr. Heller. Plato Gorgias. Demosthen. or. Olynth. Hom. Il. 13—16 und 19—22. Sophokles Aias, Antigone. Memorieren von Chorliedern und einzelnen Homerversen. Extemporalien und Uebersetzungen; Exercitien. — Französisch: 2 St. Hr. Planer. Ponsard, l'honneur et l'argent; Thiers, Bonaparte en Égypte (Goeb. bibl. XI). Laharpe, discours sur l'état des lettres en Europe (Goeb. bibl. X). Extemp., grammat. Repetitionen. — Geschichte: 3 St. Hr. Dondorff. Im Sommer: Griechische Geschichte bis zu den Perserkriegen. Repetitionen der mittelalterlichen Geschichte. Im Winter: Griechische Geschichte zweite Hälfte, Repetition der römischen Geschichte. — Mathematik: 4 St. Hr. Schindler. Ausgewählte Kapitel aus der Geometrie, Repetitionen. Jede Woche ein Extemporale, jedes Viertel-Jahr eine häusliche Arbeit. — Physik: 2 St. Hr. Seebeck. Elemente der Astronomie. Wärmelehre. — Hebräisch: 2 St. Hr. Ritter. Wiederholung der Formenlehre. Die wichtigsten Abschnitte aus der Syntax. Lektüre: Exodus und ausgewählte Psalmen. — Zeichnen: 2 St. Hr. Seemann. Zeichnen nach Vorlagen und Gips, Ornamente, Köpfe und Figuren, Landschaft in Blei und Aquarelle.

Unterprima. Ordinarius Hr. Prof. Dr. Imelmann.

Religion: 2 St. Hr. Scholz. Im Sommer: Reformationsgeschichte. Augsburgische Konfession gelesen und erklärt. Unterscheidungslehren. Repetition alttestamentlicher Abschnitte. Im Winter: Alte Kirchengeschichte. Evangelium Johannis. Repetition der Synoptiker. — Deutsch: 3 St. Hr. Imelmann. Lessings Laokoon und Hamburgische Dramaturgie. Mitteilungen aus der Geschichte der deutschen Dichtung. Vorträge der Schüler. Acht Aufsätze. — Lateinisch: 6 St. Hr. Ritter. Cicero Tuscul. disp. l. I., Cato maior, Laelius; privatim pro rege Deiot., Tacitus Ann. l. III; privatim Germania. Alle 5 Wochen ein Aufsatz, wöchentliche Extemporalien und Exercitien. Übungen im Lateinsprechen. 2 St. Hr. Schaper. Hor. carm. III. IV. Satiren und

Episteln nach Auswahl. Memorieren selbst gewählter Oden. — Griechisch: 6 St. Hr. Imelmann. Plato, Laches, Euthyphron, Phaedon (nicht vollständig), Menexenos. Thucydides VI und VII. Homer, Ilias I—XII. Alle vierzehn Tage eine Übersetzung, resp. Exemporale oder Exercitium. — Französisch: 2 St. Hr. Planer. Barante, histoire de Jeanne d'Arc (Goeb. bibl. XXIX). Belot, le testament de César Girodot; Vertot, conjuration du Portugal (Goeb. bibl. XXXXIV). Extemp., gramm. Repett. — Geschichte: 3 St. Hr. Dondorff: Im Sommer: Neuere Geschichte von 1648—1870. Im Winter: Neuere Geschichte bis 1648. — Mathematik: 4 St. Hr. Schindler. Im Sommer: 2 St. Trigonometrie, 2 St. Gleichungen: $x^{n \cdot 2} + ax^n + b = 0$, reciproke Gleichungen, kubische Gleichungen. Im Winter: 2 St. Stereometrie. 2 St. Syntaktik. Alle 2 Wochen ein Extemporale. Jedes Vierteljahr eine häusliche Arbeit. — Physik: 2 St. Hr. Seebeck. Im Sommer: Optik I. T. Im Winter: Pendelbewegung, Akustik, Optik II. T. — Hebräisch: 2 St. Hr. Ritter. Kombiniert mit Oberprima. — Zeichnen: 2 St. Hr. Seemann. Kombiniert mit Oberprima.

Obersekunda. Ordinarius bis Pfingsten Hr. Prof. Schmidt, von Pfingsten ab Hr. Oberl. Dr. Schröder.

Religion: 2 St. Hr. Scholz. Im Sommer: Einleitung in das Neue Test. Das Leben des Apostels Paulus. Lektüre der Briefe an die Thessalonicher und Galater, sowie der wichtigsten Abschnitte aus den übrigen Briefen. Im Winter: Einleitung in das Alte Test. — Deutsch: 2 St. Hr. Stengel. Im Sommer: Shakespeare Julius Caesar; Lessing Minna von Barnhelm. Im Winter: Nibelungen übersetzt von Freytag, ausgewählte Stücke aus Gudrun, einige Gedichte Walthers von der Vogelweide. Wallenstein. Vorträge. Neun Aufsätze. — Lateinisch: 8 St. bis Pfingsten Hr. Schmidt; von Pfingsten bis Michaelis 6 St. Hr. Schröder, 2 St. Vergil Hr. Schaper; im Winter: 8 St. Hr. Schröder. Cic. p. Mil.; Liv. praef. lib. II c. 1—40; Cic. in Verr. IV. V. — Verg. Aen. VI. IV.; Seyffert, Lesestücke S. 65 ff. — Wöchentlich ein Extemporale oder Exercitium; mündliches Übersetzen aus Seyfferts Übungsbuch. Halbjährlich ein Aufsatz. Prosodische Übungen. — Griechisch: 5 St. im Sommer Hr. Schröder, im Winter Hr. Heller. Lysias f. Mantith.; f. d. Adynatos; g. Philo; Lykurg g. Leokrat. Xen. Hell. II, Herodot. VII und VIII (mit Auswahl). Syntax der Modi nach Seyffert-v. Bamberg. Extemporalien und Exercitien. 2 St. im Sommer Hr. Stengel, im Winter Hr. Schröder. Od. II—IV, XIII—XXIII, 296. Hom. Formen nach v. Bamberg. — Französisch: 2 St. Hr. Planer. Tableaux historiques du moyen âge (Goeb. bibl. XXV:) Stücke v. Thierry u. Capefigue. Salvandy, Jean Sobieski (Goeb. bibl. 20). Plötz Schulgr. Lect. 70—79. Ext. und Exercit. — Geschichte: 3 St. Hr. Dondorff. Im Sommer: Geschichte des Mittelalters von den Kreuzzügen bis zur Reformation. Im Winter: Geschichte des Mittelalters bis zu den Kreuzzügen. — Mathematik: 4 St. Hr. Schindler. Im Sommer: 2 St. Goniometrie. 2 St. Quadratische Gleichungen. Im Winter: 2 St. Stereometrie. 2 St. Rechnen. Alle 2 Wochen ein Extemporale. Jedes Semester eine häusliche Arbeit. — Physik: 2 St. Hr. Seebeck. Elemente der Mechanik fester Körper. Electricität und Magnetismus. — Hebräisch: 2 St. Hr. Ritter. Das Verbum mit Pronominal-Suffixen. Die schwachen Verba. Exercitien und Extemporalien. Lektüre ausgewählter Stücke des Alten Test. nach Hollenberg's hebräischem Schulbuch. — Zeichnen: 2 St. Hr. Seemann. Kombiniert mit Oberprima.

Untersekunda. Coetus I. Ordinarius Hr. Prof. Dr. Planer.

Religion: 2 St. Hr. Ritter. Im Sommer: Geschichte des Volkes Israel. Im Winter: Leben Jesu nach den Synoptikern, hauptsächlich nach dem Ev. Marci. Wiederholung von Kirchenliedern. — Deutsch: 2 St. im Sommer bis Pfingsten Herr Schröder, dann Hr. Nausester; im Winter: Hr. Schröder. Im Sommer: (jüngerer Coetus) Hermann und Dorothea. Im Winter: Braut von Messina. Mitteilungen aus der Rhetorik und Poëtik. Dispositionsübungen. Aufsätze. Vorträge. — Lateinisch: 6 St. Hr. Planer. Sall. Jug. 1—80; Cic. pro imp. Pomp. Liv. XXIII. Repetition der Syntax nach Ellendt-Seyffert. Wöchentlich 1 Ext. oder Exercitium. 2 St. im Sommer bis Pfingsten Hr. Schmidt, von Pfingsten bis Michaelis Hr. Planer, im Winter Hr. Imelmann. Verg. Aen. III. 100 Verse memoriert. I, 1—100 und V. — Griechisch: im Sommer 7 St. Hr. Bodsch; im Winter 5 St. Hr. Bodsch, 2 St. Hr. Imelmann. Xen. Anab. I. IV—VII. Xen. Memorabilien mit Auswahl. Homer. Odyssee I (1—87), V—VII, VIII—XI. Ein Abschnitt wurde memoriert. Die homerischen Formen nach v. Bamberg. Seyffert Syntax § 1-61. Grammatische Repetitionen. Mündliches Übersetzen aus Seyfferts Übungsbuch. Extemporalien und Exercitien. — Französisch: 2 St. Hr. Planer. Choix de nouvelles du XIX siècle (Goeb. bibl. V). Plötz Schulgramm. Lect. 58—71 incl. Extemp. u. Exercit. — Geschichte: 2 St. bis Pfingsten Hr. Schmidt, von Pfingsten ab Hr. Matthäi. Römische Geschichte bis zur Kaiserzeit. — Geographie: 1 St. bis Pfingsten Hr. Schmidt, von Pfingsten ab Hr. Matthäi. Europa. — Mathematik: 4 St. Hr. Seebeck. Im Sommer: Lehre von der Ähnlichkeit und den Logarithmen. Im Winter: Flächenlehre, Kreisrechnung. Gleichungen ersten Grades mit 1 und 2 Unbekannten, einfache quadratische Gleichungen. — Physik: 2 St. Hr. Seebeck. Elemente der Mechanik flüssiger und luftförmiger Körper. Elemente der Wärmelehre. — Hebräisch: 2 St. Hr. Ritter. Lese- und Schreib-Übungen. Das starke Verbum und das Nomen. Übersetzen der Übungsstücke aus Hollenberg's hebräischem Schulbuch. Exercitien und Extemporalien. — Zeichnen: 2 St. Hr. Seemann. Kombiniert mit Oberprima.

Untersekunda. Coetus II. Ordinarius bis Pfingsten Hr. Oberl. Dr. Schröder, von Pfingsten bis Ostern Hr. Oberl. Dr. Stengel.

Religion: 2 St. Hr. Ritter. Wie Coetus I mit Umkehrung der Semester-Pensen. — Deutsch: 2 St. Hr. Schröder. Im Sommer: (älterer Coetus) Maria Stuart. Im Winter: (jüngerer Coetus) Wilhelm Tell; sonst wie Coetus I. — Lateinisch: im Sommer bis Pfingsten 6 St. Hr. Schröder, 2 St. (Verg.) Hr. Stengel, dann 6 St. Hr. Stengel, 2 St. (Verg.) Hr. Imelmann; im Winter 8 St. Latein Hr. Stengel. Im Sommer: Liv. XXII. Cicero Catil. I. IV. Verg. Aen. XI — XII. Im Winter: Cicero pro Archia. Liv. XXI Anfang von XXII. Repetit. der Syntax nach Ellendt-Seyffert. Wöchentliche Extemporalien oder Exercitien. Mündliches Übersetzen aus Süpfle Übungsstücke II. Im Winter Vergil Aen. I—II. Prosodische Arbeiten. Halbjährlich 80 Verse memoriert. — Griechisch: im Sommer 5 St. Hr. Gloël, 2 St. (Hom.) bis Pfingsten Hr. Imelmann, dann Hr. Schröder; im Winter 7 St. Hr. Schneider. Syntax nach Seyffert-v. Bamberg §§ 1—61. Repetition der Formenlehre. Extemporalien und Exercitien. Übersetzen aus Seyffert-v. Bambergs Übungsbuch. Lektüre im Sommer: Xenoph. Anab. VII

und Memorabil. I, II mit Auswahl; im Winter Xenoph. Anab. V. VI. Hom. Od. I, 1—87; V—XII. Memoriert wurden 100 Verse. Hom. Formen nach v. Bamberg 1—7. 17—24. 27—29. 36. — Französisch: 2 St. Hr. Planer. Guizot, récits historiques tirés de l'historie de France B. II; Erkmann-Chatrian, historie d'un conscrit en 1813, im Ausz. v. Bandow. Plötz Schulgrammatik im Sommer 66—79, im Winter 58—68. Extemporale und Exercitien. — Geschichte: 2 St. bis Pfingsten Hr. Schmidt, dann Hr. Matthäi. Römische Geschichte bis zur Kaiserzeit. — Geographie: 1 St. bis Pfingsten Hr. Schmidt, dann Hr. Matthäi. Europa. — Mathematik: 4 St. Hr. Seebeck. Im Sommer: Flächenlehre, Kreisrechnung. Gleichungen ersten Grades mit 1 und 2 Unbekannten, einfache quadratische Gleichungen. Im Winter: Lehre von der Ähnlichkeit u. Logarithmen. — Physik: 2 St. Hr. Seebeck. Wie Coetus I. — Hebräisch: 2 St. Hr. Ritter. Kombiniert mit Coetus I. — Zeichnen: 2 St. Hr. Seemann. Kombiniert mit Oberprima.

Obertertia. Coetus I. Ordinarius bis Pfingsten Hr. Oberl. Dr. Stengel, dann Hr. Prof. Dr. Heller.

Religion: 2 St. Hr. Scholz. Im Sommer: Apostelgeschichte. Im Winter: Mitteilungen aus der Kirchengeschichte. Luthers Leben. Repetition des Katechismus. — Deutsch: 2 St. Hr. Bartels. Lektüre aus Hopf und Paulsiek. Repetition des grammatischen Pensums der früheren Klassen. Deklamationen. Aufsätze. — Lateinisch: 7 St. Hr. Heller; 2 St. (Ovid.) bis Pfingsten Hr. Stengel, dann bis Michaelis Hr. Bartels, im Winter Hr. Imelmann. Caesar d. b. civ. I—III 30. Syntax der Tempora und Modi. Ellendt-Seyffert § 234—342, mit Ausschluss der Conditionalsätze und einiger schwierigeren Partien. Wöchentlich ein Extemporale oder Exercitium. Übersetzen aus Süpfle I. Ovid. Abschnitte aus dem 12., 13. und 14. Buch der Metamorphosen. Metrische Übungen. Ein Abschnitt wurde memoriert. — Griechisch: 7 St. Hr. Stengel: Repetition und Erweiterung des Pensums der Untertertia. Formenlehre n. Franke- v. Bamberg § 73 — 97. Xenoph. anab. I. II. IV. V. Wöchentlich ein Exercitium oder Extemporale. — Französisch: 2 St. Hr. Sündermann. Plötz Schulgramm. Lekt. 24—28, 29—35. 50—57. 58—65. Charl. XII Buch V. Alle 2 Wochen ein Extemporale oder Exercitium. — Geschichte: 2 St. Hr. Dondorff. Im Sommer: Deutsche Geschichte. Neuere Geschichte von der Reformation bis 1740. Im Winter: Neuere Geschichte von 1740 — 1870. — Geographie: 1 St. Hr. Dondorff. Im Sommer: Amerika. Im Winter: Afrika. Neu-Holland. — Mathematik: 3 St. Hr. Schiel. Im Sommer: 2 St. Algebra: Lehre von den Potenzen und Wurzeln. 1 St. Geometrie: Repetitionen, Konstruktionsaufgaben. Im Winter: 1 St. Algebra: Repetitionen, Proportionslehre. 2 St. Geometrie: Kreislehre, Extemporalien. — Naturbeschreibung: 2 St. Hr. Schiel. Im Sommer: Mineralogie: Elemente der Geologie; Krystallographie, Besprechung einzelner Mineralien. Im Winter: Elemente der Anatomie und Physiologie des menschlichen Körpers. — Zeichnen: 2 St. Hr. Seemann. Kombiniert mit Oberprima.

Obertertia. Coetus II. Ordinarius Hr. Oberlehrer Bodsch.

Religion: 6 St. Hr. Scholz. Wie Coetus I, mit Umkehrung der Semesterpensen. — Deutsch: 2 St. Hr. Nausester. Wie in Coetus I. — Lateinisch: im Sommer 7 St. Hr. Bodsch, 2 St. (Ovid.) Hr. Imelmann; im Winter 9 St. Hr. Bodsch. Caes. b. c. III, I. II mit Auswahl. Ovid. Metam. nach der Auswahl von Siebelis. Metrische

Übungen. Memorierübungen. Ellendt-Seyffert § 234 — 342 mit Ausschlufs von 272 — 275 und 303. Repetition früherer Pensa. Mündliches Übersetzen aus Süpfle Teil I. Extemporalien und Exercitien. — Griechisch: 7 St. Hr. Steig. Besonderheiten im Gebrauche der Genera des Verbum, Konjugation in $\mu\iota$, unregelmässige Konjugation (n. Franke-v. Bamberg §§ 75. 76. 77—91. 92—97). Xenoph. Anab. libr. I—IV. Wiederholung des Pensums der Untertertia. Wöchentlich ein Extemporale oder ein Exercitium. — Französisch: 2 St. Hr. Sündermann. Im Sommer: Plötz Schulgrammatik Lektion 50—60. Charles XII Buch I und Buch VIII zum Teil. Alle 2 Wochen Extemporale oder Exercitium. Im Winter: Lektion 29—35, 46—55. Charles XII Buch II. Alle zwei Wochen Extemporale oder Exercitium. — Geschichte: 2 St. Hr. Dondorff. Im Sommer: Deutsche Geschichte 1740 bis 1870. Im Winter: Deutsche Geschichte von der Reformation bis 1740. — Geographie: 1 St. Hr. Dondorff. Im Sommer: Afrika und Neu-Holland. Im Winter: Asien. — Mathematik: 3 St. Hr. Schiel. Wie Coetus I. — Naturbeschreibung: 2 St. Hr. Schiel. Wie Coetus I. — Zeichnen: 2 St. Hr. Seemann. Kombiniert mit Oberprima.

